

Recensio I. codd. A.

diit¹. Nec multo post idem dux veneno, ut fertur, vitam finivit. Adelbertus marchio morte ducis exhilaratus, cum forum apud Bremam circa festum omnium sanctorum gloria- *Nov. 1.*
bundus adiret, ut a turbis inibi^a confluentibus magnifice quasi dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventis, fuga usus vix cum paucis suorum evasit.

Anno Domini 1140.

Rex urbem Welponis ducis Baioariorum Winesberg dictam obseedit et in deditioñem accepit, matronis² ac ceteris feminis ibi repertis hac regali liberalitate licentia concessa, ut quaeque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati ceterorum consulentes, obmissa suppellectili descendebant viros humeris portantes. Duce^b vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositat^c feminarum dixit, regium verbum^d non decere immutare.

Anno Domini 1141.

Rex festum pentecosten Wirciburg^e celebat. Ibi cele- *Mai 18.*
bris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; set infecto huius rei negotio discessum est. Imperatrix Richinza piae memoriae obiit.

Ethelmarus de Rietbike^f adversus se in bellum provocans comites Ecbertum de Tekeneburg et Ottонem de

Recensio II. codd. B. C.

ratus, cum forum apud Bremam gloriabundus adiret, ut a turbis inibi confluentibus quasi dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventus, fuga usus cum paucis evasit.

3. Anno Domini 1140.

Rex urbem Welphonis^f ducis Bawariorum Winesberg^g dictam obseedit et in deditioñem accepit, matronis ac feminis ibi repertis hac regali liberalitate licentia concessa^h, ut queque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati caeterorum consulentesⁱ, omissa suppellectili, descendebant humeris viros suos portantes^k. Duce vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositat mulierum dixit, regium verbum non decere immutari.

4. Anno Domini 1141.

Rex festum pentecost. Wirziburg^l celebat. Ibi celebris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; sed

a) ibi A 1. b) Duci A 1. 2. c) subdolositi A 1. d) deest A 2. e) Riehike A 2.
= f) Welponis C 2. g) Weinesberg C 1; Winesber C 2. h) c. 1. C 2. i) cons.
est. C 2. k) deport. C 2. l) Wirlburg C 1; p. habuit Wircibur C 2.

1) *De conventione cum Heinrico duce facta v. Jaffé, 'Konrad III', p. 26.*

2) *Haec non ex Ann. Patherbrunnensibus sumta esse, probavit contra Sch.-B. Bernheim, 'Forschungen' XV, p. 251. 288.* 3) *Ann. S. Disibodi SS. XVII, p. 26:* apud Radisponam; sed cf. Giesebricht KG. IV, p. 464. 4) i. e. de Rietberg; idem qui de Oldenburg dicitur.